



Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],
libri VII**

Rupertus <Tuitensis>

[Köln], 1527

VD16 B 3703

Adiuro uos filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectu[m] meum, ut annuncietis
ei, quia amore langueo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34445

RVP. IN CANT. CAN. CAP. V.

Nam eatenus omnia quæ erat de illo dilecto uerba conseruaueram conferens in corde meo, & ita contegens quasi sub pallio tunc autem de propensi in aperto, uidelicet necessaria multumque profutura prædicando uel etiam conscribendo dilecti euangelio. His alijque modis defessa & omnino huic mundo præmortua, conuerto me ad filias sororesque nostras, euangelij nostri uiduas, siue qualescumque sexus nostri personas mihi ceditas, & aio ad eas.

¶ Adiuro uos filiae Hierusalem, si inueniretis dilectum meum, ut annuncietis ei, quia amore langueo.

¶ O filiae Hierusalem, quæ uere estis filiae Abraham, semen Iuda, filiae quoque David secundum fidem, credendo in eum, qui cum esset filius Dei secundum diuinitatem, & rex supernæ Hierusalem: factus est filius meus siue filius hominis ex semine David secundum carnem, adiuro uos, uidelicet per hoc ipsum unde estis filiae Hierusalem, si inuenieritis dilectum meum, si autem me, ut sapientia fit, discipulæ ante magistrâ, exeuntes de corpore, ueneritis ante dilectum mei conspectum, ut annuncietis ei, quia amore langueo, quia præ amore eius, præ magno uidelicet faciei eius desiderio, nimis uitæ huius tristum patior, & animo gemituoso lachrymosaque oculis suspiciose presertim exilij moras sustineo. ¶ Quid erat uel quod efficiebat hæc talis adiuratio? Nunquid ille dilectus nesciret amorem languentis siue languorem amantis, nisi annunciatetur ei? Domine (inquit PETRVS) tu omnia scis, tu scis, quia amo te.

Luc. 2.

Rom. 1.

Ioan. 21.

Quo magis o tu dilecta tam prudens tamq; fi-
delis, per temetipsum absq; internuncijs dicere
poteras dilecto, & frequenter dixisti sine dubio
dilecte mi nullū tibi ē absconditū cor, nullius oc-
cult⁹ amor, tu scis q̄a amore lāgueo. Quorū
ergo tendit uel quid efficit hæc adiuratio? Eo ni
mirum, ut percussa percutiat, uulnerata uulne-
ret, mater filias, salubriumq; uulnorum suorum
aliquid & si non statim omnibus, at saltem iam
aliquibus earum experimentum efficiat, ut audi-
entes filiae uel sentientes in matre tātum uitæ fu-
turæ, quæ non uidetur, desyderiū, in mente per-
sentiant & ipsæ talem illum esse dilectum, ut iu-
re propter eū fastidiat quis uel quis hoc pñs sæ-
culū, iāq; inter moras præsentis uitæ magis ac
magis cupiant eum agnoscere, saltē per speculū
saltē in ænigmate. Vñ & protinus dicunt,

I. Cor. 13.

¶ Qualis est dilectus tuus ex dilecto o pul-
cherrima mulier? **¶** Qualis est dilectus tu-
us ex dilecto, quia sic adiurasti nos.

¶ Optuna ualde pcūctatio, si respiciamus ad illa
tpa, de qb. nūc agimus, qñ tu o dilecta propter
euāgel. dilecti pñs aderas, & i corpe detinebaris
magistra necessaria, testis ualde idonea. **¶** Nam
sic n. audiri incipiebat nō solū Iudæi apta frōte
blasphemātes, uegetiā multi ac diuersi hæretici
sub noīe chriāno Christianā ueritatē corrūpere
laborātes, & exinde pullulare habebāt, eodē qđē
malignitatis spū, s̄z diuersis sibiq; cōtrarijs erro-
ribus, q̄ plurima uiperar̄genimina, uelut anti-
quæ hydræ capita, quæ (ut fertur) sectis priori-
bus plura renascebantur,